CYNOSURA AUGUSTI ET AUGUSTÆ,

SIVE

TRACTATUS TRIPARTITUS

HISTORICO-JURIDICO-POLITICUS.

Repræſentans

Ideam itidem quandam optumi cujusq; Imperantis, filo-ſtyloq; maxumè Lipſiano delineatam, inſertis Chrono-& Pragmatologiâ IMPP. AUSTRIAC. &c.

Eorundemq; & aliorum Heroum morientium Fortitudinis Signaculis, cognoſcendis Hiſtoricis, Paſſagiis, Hippolyti à Lap. Ratione Statûs confutatâ,

Chronographiâ JCtorum in Corpore Juris, (quà adhuc in uſu) & in Conſtitutionibus Recent. Compilatorum, junctaq; Statuâ Nomico-Mercuriali Trigæ Tribunalium Summorum Cæſareo-Aulico-Cameral. Rotwilan. aliisq; rebus ſingularib. utiliſſ.

Sub fin. Operis, locô Indiculi, Typoplenius adumbratis,

Auctore

JACOBO OTTONE, CÆS. PAL. COM. & REIP. ULM. Conſiliar. &c.

ARGENTORATI

Sumptibus MATTHÆI WAGNERI, Bibliopolæ Ulmenſis. A. 1680.

SALAMANCA

QUantum ſit IMPERATORIÆ MAJEST. *Culmen*; *quantaq;* AUGUSTISSIMI REGIMINIS prudentiſſima *Gubernatio*, & DOMUS AUGUSTISSIMÆ veneranda *Sublimitas*; quanta item & mea, & muneris mei diverſa ſit tenuitas, (*exceptis Privilegiis* à SUMMO *Summis*) dum conſidero & cogito, IMPERATOR OPTVME, MAXVME, DOMINE CLEMENTISSIME, vix eſt, quin animum deſpondeam, & ab hoc, quod eſt, propoſito, omninò abſtineam: Quod ſi verò *Veſtram Regium* & *Egregiã Literarum*, *Linguarumq; Cognitionem*, HUMANITATEM AVSTRIACAM, & *Clementiſſimum Amorem* erga Literas, & Literatos, mente revolvo, animus redit, & humillimum me cogit debitum ac ob-

ſequium

Σκιαγραφία

(γ)

CYNOSURÆ

AUGUSTI ET AUGUSTÆ.

Quâ magna Hac

DUO LUMINARIA,

ILLUD tamen

Ceu Cœlo CYNTHIUS alto ſplendens, omneq; IMPERIORUM Corpus illucens,

ante

ISTUD velut CYNTHIAM, *inter hèic quoq; micantia Sidera,*

maximè emicat ac eminet,

indeque

AUGUSTUS vel PRINCEPS &c. per (a) *Integrum hunc* Tractatum Hiſtorico-Politico-Juridicum, Principem ſibi vindicat locum, adeòque

- Conformatur & perficitur QUADRIGA Virtutum vel potius atque in Auguſto Throno, Imperiove confirmatur ac ſtabilitur.
  - **PARS I.** Triga Virtutum (β) in ipſius vita effulgentium STELLIS
    - **JUSTITIÆ,** cujus Radii Sex:
      - I. Juſtitia Religioſa.
      - II. Fatum.
      - III. Cultus S.
      - IV. Conſcientia.
      - V. Probitas.
      - VI. Juſtitia diſtrib. Fida.
      - *Centuria* adjiciuntur: 3. *Regularum Iur. V quas olim privatus, nunc* IMP. MODERNUS *quotidie ſibi explicari curavit, ut tanti Studioſi exemplo incitatus iurium cupidus, in eodem alacrius pergat.*
    - **FORTITUDINIS,** cujus Radii Duo:
      - I. Fortitudo ſuſcipiens.
      - II. Fortitudo ſuſtinens.
      - Cui annectuntur: INPP. AUSTR. *morientium Fortitudinis ſignacula: poſt* adjunguntur etiam *alia* in Hiſtor. Prof. Politic. & Eccleſ. ejuſcemodi *Exempla.*
    - **TEMPERANTIÆ,** cujus Radii Tres.
      - I. Con- & Abſtinentia.
      - II. Clementia.
      - III. Modeſtia.
      - *Queis ut & præced. & conſeqq. Virtutum Radiis, Stelliſq;, alias* AUGUSTISSIMAM DOMUM AUSTR. *præradiatam elucere,* hincinde *Exemplis* illuſtratur.
  - **& PARS II.** Unica in Actionibus ipſius elucente STELLA.
    - **PRUDENTIÆ,** cujus Radii Octo:
      - I. Prudentiæ Parentes. — *Rad. hic I.* continet præcognoſcenda & cognoſcenda *Hiſtorica* ac *Hiſtoriarum.*
      - II. Prudentiæ Adjutor.
      - III. Prudentum triplex Genus.
      - IV. Conſiliariorum Facienda & Fugiend:
      - V. Adminiſtrorum Electio ac Inſtitutio. — Ubi de JCtis Impp. *partim* Gentil. ac Chriſtian. quorum in *Corpore Iure* fit mentio ad quorum ævum, veluti *Chronologia* LL. & Conſtit. & quidem, *quà ex adhuc (in uſu* obſervantur.
      - VI. Prudentia propria Togat. divina.
      - VII. Prudentia Tog. Humana.
      - VIII. Prudentia Sagata. — *attex. omnia & ſingula* IMPP. AUSTR. *paſſagia.*
  - **PARS III.** BIGA hac STELLARUM.
    - **MAJESTATIS,** (δ) cujus Radii Tres:
      - I. Forma Imperii: *ubi* quoque *de* reliquis *duabus Formis Imperii*, earundemq; converſione.
      - II. Potentia Imperii.
      - III. Mores Imperantis.
      - Quia his loc. tr. *Præcepta de Cauſis conſervantibus & firmantibus Principatum vel Imperium; Ideò* iiſdem ſtatim *adjiciuntur Cauſæ deſtruentes ac infirmantes.*
    - **BENIVOLENTIÆ,** cujus Radii Tres:
      - I. Lenitas.
      - II. Indulgentia.
      - III. Beneficentia. — Hunc Radium coronat perbrevis CÆS. PRIVILEGIORUM *Gratioſiſſ. Conceſſorum enucleatio,* ſubmiſsè adnexa decenti pro iiſdem gratiarum actione & comprecatione.

(a) Hic Tr. enim agit de *Idea vel Pædia* quadam *optimi cujusq; Imperantis*, cujusmodi vel verè, vel decorè, quòdam concinnavit, præter Recentiores, Xenophon, *ſilo, ſtiloq;* tamen *Lipſiano in Polit. Conſ.* finalia Contenta Encom. Virtut.

(β) Præmittitur ipſi Tractationi *Generale Virtutis Encomium*, junctâ connexione dicendorum, cum *Nomenclatura Chronologica Impp. Auguſtorum, & Auguſtarum Auſtr.*

(γ) *Iſagoge Triplex* operi præfixa eandem pluribus exequitur,

&

prætermiſſum argumentum Lipſ. d. Commercio ac reliquis 2. Speciebus Imperii, ſupplet &c.

(δ) *Hippolyti à Lap.* præcipuus Controverſiæ Status, ejusdemque 3. Κρινόμενα ſuccinctè perſtringuntur.

ISAGOGE
IN
CYNOSURAM
AUGUSTI ET AUGUSTÆ
PRIOR
DE EJUS FORMA
AD
LECTISS. LECTOREM.

QUid *majus* inter homines, quàm *unum præeſſe pluribus*, ab UNO CAPITE tot *Capita* coërceri, LL. & Juſſa ponere; maria, terras, pacem, bella moderari. Plin. in Paneg. c. 4. pr.

Nimirum majus quiddam eſt, quàm imperiti ſuſpicentur, curſum rectum in ventoſo illo mari tenere, & in ſummâ fortunâ haud abripi Licentiæ ventis! *Quàm multis virtutibus opus eſt*, quibus velut anchoris hæc navis ſuffulciatur. *Quàm varia Prudentia*, quô velut clavo gubernetur? Ergò meritò laudandi ſapientes, *quibus olim præprimis hæc cura, ut ſcitorum ſalutarium face prælucerent Imperanti.* vid. Cic. 2. d. Orat. col. 208.

Ut autem illud in Principatu *beatiſſimum* eſt, *non cogi*; *ita miſerrimum, non ſuaderi.* Plin. Paneg. c. 6. fol. 5.

Igitur Juſtum verè illum Auguſtum, *qui in ſummo faſtigio non magnus magis, quàm bonus audire anhelat*; *& duas res diverſiſſimas, Potentiam atq; Majeſtatem miſcet.* Sen. Epiſt. 14. Tacit. Agric. c. 3.

Sicut Sidera illa ſplendorem habent, at ut uſibus hominum deſerviant; Sic vos dignitatem, at cum munere & onere concatenatam. Atq; ut à Sole in ſubjecto hoc orbe lux ac tenebræ; Ita ab Imperante apud obtemperantes, recta vel prava pleraque. vid. Ariſt. 9. Eth. 12. Sen. 3. d. Ira c. 7 & Ep. 32. & 94. & cap. 15. d. tranq. anim.

Proin arduo quoque egomet, circa *Trichotomiam* hanc *Principum Virtutum* poli-